



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

In octauis epiphanie.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In octavis epiphaniæ.



In octavis epiphaniæ est euangelium. Vidit iohannes iesus etc. Circa quod pos sunt disputas si sequentes questiones. Primo. utrum iohannes testimonium reddens de christo puenienter dixit. Ecce agnus dei etc. in quo innuit quod passio christi sit operata humani generis salutem per modum sacrificii. Secundo. utrum puenienti non minauit christum agnus dei quod aliquid aliud animal solitum sacrificari. Tertio. utrum christus principaliter passus est pro deletione peccati originalis quam actualium peccatorum.



Primas questionem qua queritur. utrum iohannes testimonium reddens de christo conuenienter dixit. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi ubi innuit quod passio christi sit operata salutem humani generis per modum sacrificii. sic proceditur. et videtur quod non. Primo sic. veritas debet respondere figure. sed in sacrificio veteris legis que erat figura christi nunquam offerebatur caro humana. immo hec sacrificia ne pharia habebant. ergo videtur quod passio christi sacrificium dici non possit. Secundo sic. dicit augustinus x. de trinitate. quod sacrificium visibi-

le invisibilis sacrificii est sacramentum. id est. sacrum signum sed passio christi non est signum sed magis signatum per alia signa: ergo videtur quod passio christi non sit sacrificium. Tertio. quicumque offert sacrificium aliquid sacrum facit ut ipsum nomen sacrificii demonstrat. Illi autem qui christum occiderunt non fecerunt aliquid sacrum sed magna malicia perpetrarunt ergo passio christi magis fuit maleficium quam sacrificium. In oppositum est euangelium premissum. cum beatus iohannes testimonium reddens de christo dicit. Ecce agnus dei. id est. immolans qui tollit peccata mundi ergo passio christi per modum sacrificii salutem operata est. Respondeo dicendum. (iuxta sanc. tho. 3. par. q. 28. art. 3.) sub ista conclusione quod christi passio operata est salutem humani generis per modum sacrificii. Ita conclusio patet auctoritate et ratione. auctoritate sic. Dicit apostolus ad Ephe. v. de christo. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Ratione sic. Sacrificium dicitur proprie aliquod factum ad honorem proprie deo debitum ad eius placandum. et inde ut Augustinus dicit in x. de trinitate dei. Verum sacrificium est omne opus quod agit ut sancta societate deo inheremus relatum scilicet ad illum finem boni quo veraciter beati esse possimus sed christus semetipsum obtulit in passione pro nobis. et hoc ipsum opus. scilicet quod voluntarie passionem

toris. Quadam aut die bo

passio christi mola

sustinuit. fuit deo maxime acceptum. ut pote ex caritate proveiens. ergo manifestum est quod passio christi fuit verum sacrificium per quod ipse christus unus verusq; mediator nos deo reconciliavit. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeo negando consequentiam. Et ratio est. quod si veritas respondeat figure quod ad aliquid non tamen quantum ad omnia. quod oportet quod veritas figura excedat. et ideo convenienter figura huius sacrificii quod offertur pro nobis non fuit caro hominis sed animalium significantium carnem christi quod est perfectissimum sacramentum. Primo quidem quod ex eo quod est humane nature caro congrue pro omnibus hominibus offertur et ab eis sumitur sub sacramento. Secundo ex eo quod erat passibilis et mortalis apta erat immolationi. Tertio. quod ex hoc quod erat sine peccato. efficaciter erat ad emundanda peccata. Quarto. quia ex eo quod erat caro ipsius offerentis erat deo accepta propter caritatem suam carnem offerentis. Unde augustinus. dicit in iij. de trinitate. Quid tam congruenter ab hominibus sumeret quod pro eis offerretur quam humana caro. et quod tam aptum huic immolationi quam caro mortalis. et quod tam mundum vitis mortalium quam sine contagione carnalis concupiscentie caro nata in utero et ex utero virginali. et quid tam grate offerri et suscipi possit quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacrificii nostri. Ad secundam respondeo

negando consequentiam. Et ratio est duplex. Prima. quod augustinus ibi de sacrificiis visibilibus figurabilibus loquitur. Secunda est. quod passio christi sic fit aliquid signatum per alia sacrificia. est tamen signum alicuius rei observande a nobis. sicut illud. i. Petri. iij. Christo igitur passo in carne. et vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desijt a peccatis. ut iam non hominum desideris sed voluntate dei quod reliquum est in carne vivat temporis. Ad tertiam respondeo negando consequentiam. Et ratio est. tum quod passio christi ex parte occidendi fuit maleficium ex parte tamen ipsius christi ex caritate patientis fuit sacrificium tum quod hoc sacrificium christus obtulisse debet non autem illi qui eum occiderunt.



**D** secundam questionem que queritur. utrum iohannes convenienter specialiter nominaverit christus agnum dei magis quam aliquid aliud animal solitum sacrificari. sicut bos vitulus. capra turs coluba. Quod non deo. et ponit conclusio responsalis sine argumentis procedentibus quod sic. Et hoc multiplici de causa. Prima est. quod sicut dicit Numeri. xv. vij. Et alia animalia fierent sacrificia in templo certis temporibus unum tamen erat quotidianum in quo iugiter vitulus agnus

e iij

In octavis epiphanie.

de mane et alio vespe offerebat. nec s̄ mutabatur vnq̄. s̄ tanq̄ p̄ncipale obseruabat. alia v̄o et ad iūcto. et ideo p̄ agnū q̄ erat p̄ncipale sacrificiū significat x̄ps. q̄ est p̄ncipale sacrificiū. Nā oēs sancti q̄ p̄ fide x̄pi passi sunt ad salutē fidelīū. hoc nō habēt nisi inq̄tū sup oblationem agni qua si oblat io adiūcta p̄ncipali sacrificio imolant. et hic offert q̄des manet respe. q̄ p̄ x̄pm p̄z adit ad intelligētiā diuinoy p̄replan dā et fruendā. q̄d p̄tinet ad cognitiōē matutinam. et instruimur quo v̄ta mur terrenis absq̄ inq̄namēto pcti q̄d p̄tinet ad vesperīnā. ¶ S̄cōda rō est. q̄ inter oēs figurās veteris testamēti agn̄ pascalis e x̄psius figurabat passio nē x̄pi. q̄ ille agn̄ erat sine macula. et eī imolationē filij isrl̄ liberati sunt a seruitute egiptiaca. sicut p̄ passiones x̄pi qui peccatū nō fecit sum̄ liberati a seruitute diaboli. ¶ Nā glosa interlinealis sup̄ v̄bo. Ecce agn̄ dei. dicit Im̄ dēs immoland̄ p̄figuratus in a gno pascali. ¶ Tertia ratio propter mansuetudinez ysa. liij. Quasi agnus coram tondente se ol̄ mutescet. et non aperiet os suū in. ¶ Quarta ratio est propter utilitatem. quia lana sue cōuersationis per exemplum dat nem in cibum nutrimenti spiritalis. et lac doctrine in potum parulis nondum ad cibum solidum perfectis.



**D** tertiaz questionez q̄ q̄rit (3. p̄te. q. 1. ar. 4.) Vtrū x̄ps p̄ncipali passus est pro deletionē peccati originalis q̄ actualium peccatorū. sic p̄cedit. Et videt q̄ p̄ncipaliter p̄ deletionē actualium. ¶ Primo sic. quanto enim peccatum est grauius tanto magis humane salutē aduersatur. p̄pter quas deus est incarnatus et passus. sed peccatum actuale est grauius q̄ peccatum originale. Minima enim pena delet originale. vt dicit augustin̄ contra iulianum. ergo p̄ncipaliter incarnatio christi et passio ordinatur ad deletionem actualium. ¶ S̄cōdo sic. pctō originali nō debetur pena sensus. s̄ soluz pena dāni. s̄ x̄ps venit p̄ satisfactiōē pctōy penā sensus pati in cruce non aut penā dāni. q̄ nul lū defectum habuit diuine visionis aut fruitionis. ergo p̄ncipaliter venit ad deletionē pctōy actualium q̄ originalis. ¶ Tercio sic. Dicit ap̄ls ad Gal. ij. Dilexit me et tradidit seip̄s p̄ me. s̄ p̄p̄ia peccata nostra sunt actualia. originale enim peccatuz est cōmune. ergo videt id q̄ prius. ¶ In op̄posito est euangelij p̄s. cū ait. Ecce agnus dei. ecce q̄ tollit peccata mundi. vbi aliqui tēp̄t h̄it peccatū. Nā dicit glo. Peccatū

1022. Quadraginta die v̄o

Passio x̄pi molit

mundi est originale qd est comu-  
ne omnium. Et rñdeo dicendū sub  
duabus pclusionibus. Prima  
est qd xps venit in mundū non so-  
lum ad delendū originale pecca-  
tū. s; etiā ad deletionē omnium  
pctōz actualiū. Ita pclusio p̄s.  
Primo per illud. Osee. ultimo.  
Dēm aufer iniquitatē. Et Col. ij.  
Qui vivificabit nos cum illo do-  
nas nobis omnia delicta. Qd̄o  
non oia pctā deleant in hoib; est  
ppter defectus hoim qui xpo nō  
adherēt s̄m illud Job. ij. Venit  
lux in mundū. et dilexerūt homi-  
nes magis tenebras q̄ lucē. xps  
aut qd eribuit. s. satisfactionem  
sue passiois sufficiens fuit ad oia  
pctā delēda. Secda pclusio est.  
q̄ principalis xps incarnat⁹ et  
passus est p peccato originali.  
Patet pclusio. qz tāto principa-  
lius ad alicuius peccati deletio-  
nez christus venit. q̄to illud pec-  
catum est maius. s; peccatū ori-  
ginale per qd totum humanū ge-  
nus inficitur est maius peccatū  
extensivē quolibet pctō actuali  
qd est p̄prium singularis p̄sone.  
ergo ad hoc tollēdū xps p̄ncipa-  
lius venit in mundū. in q̄tum bo-  
num gentis divinius est q̄ bonū  
vnius. vt d̄r. j. ethicoz. Ad rō-  
nes in oppositū. Ad primā rñde-  
tur. q̄ maius aliquid dicitur du-  
pliciter. Uno modo intensivē. si  
cut est maior albedo q̄ est inten-  
sior. et per hunc modum peccatū  
actuale est maius q̄ originale.  
quia plus habet de ratione vo-

luntarij. Alio modo d̄r aliquid ma-  
ius extensivē. sicut d̄r maior albe-  
do q̄ est in maiori superficie. et sic  
originale pctm̄ p qd totū genus  
humanū inficit est maius. et sic  
argumentū illud pcedit de intē-  
siva magnitudine. et ideo nō ml-  
litar. Ad scdam rñdef. negādo  
cōsequentiam. Et ratio est. qz s;  
peccato originali in futura re-  
tributione non debeat pena sen-  
sus. penalitates tamen sensibili-  
ter in hac vita patimur. sicut fas-  
tū. sitim. mortē et alia huiusmo-  
di. que ex peccato originali pro-  
cedunt. Et ideo christus vt ple-  
ne pro peccato originali satisfi-  
ceret voluit sensibilem dolorem  
pati. vt mortē. et alia huiusmo-  
di in seipso consummare. Ad  
tertia respondetur. negando cō-  
sequentiam. et ad dictum aposto-  
li respōdetur q̄ non est ita intel-  
ligendū q̄ voluerit minuire am-  
plissimā per orbem diffusa xpi  
munera qd pro se solus christus  
mortuus sit. sed vt pre omnibus  
se solum indicaret obnoxium. et  
ideo non excluditur quin p̄nci-  
palis venerit abolere peccatū  
originale totius nature q̄ pec-  
catum vnius persone.



In octavis  
epiphantie s;  
eūde vsū p̄ci-  
patoruz legit  
euangeliū de  
baptismo xpi  
s. In illo tem

## In octauis epiphanie.

poze. Venit iesus a galilea ad iordanē ad iohānē vt baptizare tar ab eo. Mat. iij. Et pnt disputari seqntes q̄stiones. ¶ Primo vtrū cōueniēs fuit xpm baptizari. ¶ Scdo vtrū cōuenienter su per xpm baptizatū celi apri sunt ⁊ spiritus sanctus descēdit sicut colūba, et vox patris audita est.



**D** primaz questionē q̄ q̄ rit (s. pte. q. 39. ar. 1. et. 2.) vtrū pueniēs fuit xps baptizari. sic pcedi tur. Et videt q̄ nō. ¶ Primo sic. baptizari enim est abluī. s; xpo nō cōuenit abluī i quo nulla fuit impuritas. ergo videt q̄ nō fuit pueniēs ipm baptizari. ¶ Scdo sic. primū mouēs in quolibet genere est immobile fm illū motu sicut celū qd est p̄mū alterās nō est alterabile. s; xps est p̄mū baptizās fm illud Jo. j. Sup quē videtis spm descēdēt ⁊ manētē hic est q̄ baptizat. ergo xpm non decuit baptizari. ¶ Tertio arguitur sp̄alif de baptismo iohānis sic. Baptism⁹ iohis erat baptis m⁹ penitētie. s; xpo penitētia nō puenit. q; nullū habuit pctm. ergo videt q̄ nō fuit pueniēs xpm baptizari baptismo iohis. ¶ In oppositū est euāgelii p̄s. ¶ In deo dicēdū sub dnab⁹ p̄clusiōib⁹ Prima est q̄ cōueniēs fuit xpm baptizari. Et hoc primovt tactu

sue mūdissime carnis vim reger neratiuam conferret aquis. Nā vt dicitur de conse. dif. iij. Nūq̄ aqua pctā purgare posset nisi p̄ us tactu dominici corporis fuisset sanctificata. Vñ ait Ambrosius super Lucas. Baptizat⁹ est dñs vt sanctificatas aquas post modū baptizandis relinqueret. Et idē Chrysostō. ⁊ beda. Dignus est lauari iordanicis q̄ erat mund⁹ a sordibus cunctis. vt dicitur luendas nostrorū sordes scelerū oim fluenta sanctificaret aquarū. ¶ Scdo sic. q; vt dicit Augu. in sermone de ephā. Voluit docere qd faciendum omnibus im perauit. et hoc est qd ipse dicit. Sic decet nos adimplere omnē iusticiam. Et enim Ambrosius dicit super Lucas. Nec est iusticia vt qd alterum facere velles. prius ipse incipias. et alios tuo horreris exemplo. ¶ Tertia rōne pbat sic. xps erat finis veteris legis ⁊ inituz noue. ergo nō solus debebat implere ea q̄ sunt veteris legis. sed inchoare ea q̄ sunt noue. Et ideo sicut pueniēs fuit vt circūcideretur vt circūcisionem ⁊ alia legalia finiret ⁊ terminaret. Ita cōueniēs fuit vt baptizaretur vt legem nouam inchoaret. ¶ Scda p̄clusio. Cōueniens fuit vt xps baptismo iohannis baptizaretur. Ita cōclusio habet et euāgelio present. De hoc assignant plures rōnes. Primo ppter p̄ditionē baptismi iohis qui nō baptizauit spiritu

In octauis epiphanie. In octauis epiphanie. In octauis epiphanie.

sed solum in aqua. xps autē spi-  
rituali baptisate nō indigebat  
qz a pncipio sue cōceptiōis gra-  
tia spiritus sancti fuit repletus. Et  
ista est responsio chryso. Scdo.  
vt dicit Beda. vt baptisimo suo  
baptismuz iohānis cōprobaret.  
Tertio. vt i baptisimo miracula  
ostendens euacuaret illorum er-  
rore qui iohannē xpo maiorem  
dicebāt. Ad rōnes in oppositū.  
Ad primā rīdetur negādo cō-  
sequentiā. Et ratio est. qz licet  
non fuit baptizatus vt ablueret  
fuit tamē baptizatus alijs ratio-  
nibus assignatis. Ad scdaz rō-  
dētur. negando consequentiā.  
Et ad pbationem respondet. qz  
christus est primū baptizans spi-  
ritualiter. et sic non est baptiza-  
tus. s; in aqua solū. Ad tertiā  
rīdetur. negando cōsequentiā  
Et ratio est. quia cū xps nihil re-  
cepit a sacramētis baptismi iō-  
hānis nō d; baptismus peniten-  
tie quo ad xpm: s; quo ad alios  
qui ad penitentiā per ipsum pre-  
parantur. Sicut etiā circūcisio  
christi non fuit in remedium ori-  
ginalis peccati a quo christus  
immunis erat. Erat tamen alijs  
in remedium. Vel dicendum qz  
christus hoc fecit licet non indi-  
geret vt efficacius educeret ho-  
mines ad baptismum quo indi-  
gebant. Unde Ambrosius su-  
per Lucam dicit. Nemo refu-  
giat lauacrum gratie. quoniam  
christus lauacrum penitentie nō  
refugit.



## De secūda

questionem q̄  
querit (3. p.  
q. 30. ar. 5. 6. et  
8.) Utrū pne-  
niēs fuit q̄ su-  
per xps bap-  
tis-

zatu celi apti sint. et spūsanctus  
descēderit. et vox p̄ris audita sit  
sic pcedit. Et videt qz nō. Pri-  
mo de apertura celoz arguit sic  
Apertio illa celoz aut intelligit  
corporaliter aut spiritualiter. s; non  
potest intelligi corporaliter  
qz corpora celestia sunt impassi-  
bilis et infrāgibilia. similiter nō  
potest intelligi spiritualiter. qz  
ante oculos filij dei celi antea  
clausi non fuerant. ergo incōue-  
nienter videtur dici qz baptiza-  
to christo apti sint celi. Scdo  
sic de secundo. Christus a pncipio  
sue conceptionis habuit ple-  
nitudinem gratie per quam spi-  
ritus sanctus habitat in hoie. er-  
go nō debuit spūsanctus ad eū  
mitti in baptisimo. Tertio de  
tertio sic. Homo christus nō in-  
cepit esse filius dei in baptisimo  
sicut quedaz heretici putauerūt  
sed a pncipio cōceptionis fuit  
filius dei. magis ergo in natiui-  
tate debuit vox p̄ris p̄testari xpi  
diuinitatē qz in baptisimo. In  
oppositum est euangelium p̄ns.  
Rīdeo dicendū sub ista cōclu-  
sione. qz conueniens fuit qz xpo  
baptizato celi aperirentur. spū-  
sanctus descenderet. et vox p̄ris

## In octauas epiphanie.

audiret. Probatu ista conclusio p  
singula. Dicim<sup>9</sup> em̄ q<sup>o</sup> celi aper  
ti sunt xpo baptizato. quia vt di  
ctum est. Christus baptizari vo  
luit vt suo baptism<sup>o</sup> cōsecraret  
baptismū q<sup>o</sup> nos baptizaremur.  
Et ideo i baptism<sup>o</sup> xpi ea demō  
strari debuerunt q<sup>o</sup> pertinent ad  
efficaciā nostri baptismi. ¶ Cir  
ca quam sunt tria notanda. Pri  
mo q<sup>o</sup>dem principalis virtus et  
qua baptism<sup>o</sup> efficaciam habet  
qua q<sup>o</sup>dem virt<sup>9</sup> est celestis. et iō  
baptizato christo apertum est ce  
luz. vt ostēderetur q<sup>o</sup> decetero ce  
lestis virt<sup>9</sup> baptism<sup>o</sup> cōsecraret.  
Sec<sup>o</sup>do operatur ad efficaciam  
baptismi fides ecclesie. et eius q<sup>o</sup>  
et baptizat. Unde baptizati fi  
dem pfitentur. et baptismus d<sup>r</sup>  
fidei sacramētū. Per fidem aut  
inspicimus celestia q<sup>o</sup> sensum et  
rationē humanā excedunt. et ad  
hoc significandū xpo baptizato  
aperti sunt celi. Tertio quia per  
baptismū xpi spiritualiter aperi  
tur nobis introitus regni cele  
stis. qui primo homini pclusus  
erat p peccatū. Unde baptizato  
christo aperti sunt celi. vt ostēde  
retur q<sup>o</sup> baptizatis patz via i ce  
lum. ¶ Ad argumentum q<sup>o</sup> ste  
bat in opposituz rīdet. q<sup>o</sup> illa ap  
tio non fuit corporalis q<sup>o</sup> realit<sup>9</sup>  
celum fuisset diuisum. sz videba  
tur aperiri. sicut in coruscatione  
videntur aperiri. Tant<sup>9</sup> em̄ sple  
dor fulsit super christum bap  
tizatum vt viderentur celi aperti.  
Consequenter (pro. z. pre. q.) pa  
tet conclusio de uenientia descē  
sus spiritus sancti sup christū ba  
ptizatum. Dicimus em̄ q<sup>o</sup> conue  
nienter dictū est q<sup>o</sup> spiritus sanctus  
super eum descendit. et in specie  
columbe. Et hoc duplici ratioe.  
Prima ad demonstrandū plenit  
tudinem gratie in xpo. Secūda  
ratione est. vt sup omnes bap  
tizatos inuisibiliter credat descē  
dere. Omnes em̄ q<sup>o</sup> baptism<sup>o</sup> xpi  
baptizant spūm sanctū recipiūt  
nisi fictē accedat. sicut ill<sup>9</sup>. Mat.  
iij. Ipse vos baptizabit i spū scō  
Et ideo ueniens fuit vt sup ba  
ptizatū dñm spū sanctus descen  
deret. et i hoc i specie colūbe pro  
pter dispositionē q<sup>o</sup> requiritur in  
baptizato. vt scz fict<sup>9</sup> non acce  
dat. qz. d<sup>r</sup> Sap. i. Spū sanctus  
discipline effugiet fictum. Colū  
ba em̄ est aīal simplex astucia et  
dolo carens. ¶ Ad rationē in op  
posituz rīdetur. q<sup>o</sup> vt dicit aug<sup>9</sup>.  
Christus in baptism<sup>o</sup> corp<sup>9</sup> suū  
i. ecclesiaz prefigurare dignatus  
est in qua baptizati accipiūt spi  
ritum sanctū. Et hoc est q<sup>o</sup> dictū  
est in secūda cā assignata quare  
descendit spū sanct<sup>9</sup> super xpm  
baptizatū. ¶ Letez de voce patris  
audita patet conclusio. quoniaz co  
ueniens fuit vt baptizato christo  
vox patris audiret. Tum pri  
mo vt ostēderet q<sup>o</sup> p baptismum  
baptizati fiunt spirituales fili  
ij. Johannis. j. Dedit eis pote  
statem filios dei fieri. Secūdo  
quia in baptism<sup>o</sup> christi non so  
lum representatur exemplum

Quia dicitur in die hoc

Quia dicitur in die hoc



**Dñica prima post oct. epiphanie. Fo. CCC.**

efficacia. sed etiaz forma baptis-  
mi. que est. In nomine patris et filii  
et spiritus sancti. Matt. vii. Eun-  
tes docete omnes gentes bap-  
tizantes eas in nomine patris et filii  
et spiritus sancti. Et ideo in bap-  
tismo christi ut hieronimus ait. Di-  
sterium trinitatis demonstratur.  
filius in natura humana bap-  
tizatur. spiritus sanctus in specie  
colube descendit. patris vox tes-  
timonium filio perhibentis au-  
ditur. et ideo pueniens fuit in il-  
lo baptismo pater declaratur in  
voce. ¶ Ad argumentum in opo-  
positum respondet. negando con-  
sequentiam. Et ratio est. quia diu-  
initas christi non debuit omni-  
bus in eius natiuitate manifesta-  
ri. sed magis occultari in defecti-  
bus infantilis etatis. sed quando  
peruenit ad perfectam etatem in qua  
oportebat eum docere miracu-  
la facere et homines ad se puer-  
tere. tunc testimonio patris erat  
eius diuinitas indicanda. ut eius  
doctrina credibilior fieret. ¶ Si  
et ipse dicit Job. v. Qui misit me  
pater ipse testimonium perhibet  
de me et hoc precipue in baptismo  
per quem homines renascuntur in  
filios dei adoptiuos. Filii autem  
adoptiuu instruantur ad similitudi-  
nem filii naturalis. Unde hyla-  
rius dicit super Mattheum. Quod super  
iesum baptizatum descendit spiritus san-  
ctus. et vox patris audita est dicen-  
tis. Hic est filius meus dilectus.  
ut ex his que seruabatur in christo co-  
gnosceremus post aque lauacrum

et de celestibus patribus sanctum in  
nos spiritum auolare et paterne vo-  
cis adoptione dei filios fieri.



**D**ominica  
prima post octa-  
uas epiphaniae.  
est illud euangeli-  
um. In illo  
tempore nuptie  
facte sunt in cha-  
na galilee etc. Job. ij. circa quod  
potest disputari sequentes questiones  
¶ Prima. utrum christus debuit mi-  
racula facere. ¶ Secunda. Utrum  
uenienter christus incepit facere mi-  
racula in nuptiis. mutando aquam  
in uinum. ita ut conuersio aque in ui-  
num fuit primum miraculum per eum  
factum. ¶ Tertia. Utrum quis  
fuit sponsus in predictis nuptiis.



**D** prima  
questionem qua  
ritur (3. p. q.  
43. ar. primo)  
Utrum christus de-  
buit miracu-  
la facere. sic  
procedit. Et videtur quod non. ¶ Primum  
sic. Factum enim christi uerbo suo debet  
recordare. sed ipse dicit Mat. xvi.  
Generatio mala et perversa signum  
querit. et signum non dabitur ei nisi si-  
gnum iohanne prophete. ergo non de-  
buit facere miracula. ¶ Secun-  
do sic. sicut christus in secundo aduentu  
uenerit est in uirtute magna et ma-  
iestate. ita in primo aduentu uenit  
in infirmitate. secundum illud. Ysa. liij.